

gere et auferre; et si eam auferre (30) non poterunt, nos cum nostro consilio, infra quindecim dies postquam in noticia fuerit nobis datum, ipsam penam auferre uel auferri facere teneamur. Si uero fuerint (31) in loco in quo rector pro nobis et comuni Ueneciarum extiterit (32), rector illius loci penam illam infra quindecim dies postquam habuerit in noticia teneatur exigere et auferre; || et si penam auferre (33) non poterit, nobis quam cicius poterit suis litteris debeat intimare; et nos cum nostro consilio infra quindecim dies postquam habuerimus in noticia eam auferre uel auferri (34) facere teneamur. Istud (35) idem dicimus de omnibus nauibus uenetorum et burgensium que naulizate fuerint uenetis (36) in aliquibus partibus a supradictis (37) confinibus in antea.

(30) accipere et excutere teneantur; et si aufere — (31) dies XV posquam nobis dictum fuerit, ipsam penam faciemus tolli. Si fuerint — (32) fuerit p. n. et c. U. — (33) penam infra dies XV posquam sciuerit aufere et exigere t. et si p. aufere — (34) dies XV posquam in noticiam habuerimus, ipsam aufere uel auferri — (35) Et istud — (36) f. u. n. — (37) predictis locis et

LXXIII. *De uarrea de arboribus et antennis siue temonibus nauium et aliorum lignorum* (1).

Ordinamus quod si dampnum aliquod (2) alicui nauium (3) euenerit, quod Deus auertat, de arboribus et antennis siue temonibus (4), dampnum illud non (a) sit in uaria; et hoc intelligimus in naue et quolibet ligno de ducentis milliariis (5) et inde supra.

St. Tiep A, 35. — Tarr. 39.

Var. in Q: (1) LXXXIX. *De dampnis.* -- (2) d. a. omesso — (3) nauis uel ligno — (4) arboribus, antenis et timonibus — (5) omni ligno de mill. CC

(a) *Il non in Q. aggiunto posteriormente.*